ſtici pariter ⁊ nobis potenti manu concedat omnipo
tens ⁊ miſericors deus· qui in trinitate perfecta uiuit
⁊ regnat per omnia ſecula benedictus· Amē·

DE cetero cariſſimi fratres ⁊ ſorores in dño ꝯfor
tamini· ⁊ hec paucula que ſcripſi uobis corde a
uido percipite· neqꝫ uobis ſufficiat ſi ea ſemel aut bis
legeritis ſiue audieritis· ſed uelut aīalia mūda quoti
die ruminate que ſpūs dei loquit᷑ vobis per hūc qua
lemcunqꝫ libellū ſtatui ueſtro dedicatū· Q ſi aliqua
fortaſſe occurrāt que primo ītuitu non capitis· ne ſit
uobis graue cum ⁊ hic mos ſemper apud tractatores
ſacrarum ſcripturarum fuerit ut potum cum panibuſ
ſitientibus animabus porrigere ſoleant· hoc eſt faci/
lia cum grauioribus· Maneat pietas ⁊ reuelabit᷑ ue/
ritas· Puto tamen ſicut noui induſtriam ueſtraꝫ ſi uo
lueritis pro medietate facere diligentiaꝫ talem ad ex
colendam terram cordis veſtri· qualē facitis ad pur
gandam glebam agrorum ueſtrorum ut fructum fe/
rant· cito ex hiis in agnitionem uoluntatis diuine ac
ſpiritualis gratie augmentum proficietis· Contribu/
lis quoqꝫ ueſtris ⁊ precipue paſtoribus parrochialī
um eccleſiarum ſi deſiderēt ſecure communicate· quia
ſunt principalium doctorum ſententie· ⁊ que non ubi
qꝫ eque prompte habentur aut inueniuntur· Feci em̄
huncipſum libellum per doctos ⁊ probate uite uiroſ
diligenter examinari· qui idipſum mecum teſtantur·
In omnibus igitur glorificemus dominum deum a
quo bona cuncta procedunt· qui ſacramenta benedi
cte uolūtatis ſue· nobis etiā rudibus dignatus eſt a

perire in hüs diebus nouiſſimis quod utiq̄ꝫ multis re
gibus ⁊ principibus ac ſapientibus hui⁹ mundi non
eſt datum· Grās ergo cum prompta obedientia eideꝫ
agamus de die in diem· quaten⁹ feliciter in nobis im
pleatᷣ quod beatus apoſtolus Paul⁹ ad Corrī· pri
mo ad ↄſolationem humilium loquitᷣ perſonaruꝫ di
cens· Videte uocationem ueſtrā fratres· quia nō mul
tos ſapientes ſm̄ carnem· non multos potentes · non
multos nobiles· ſed que ſtulta ſunt mundi elegit deuſ
ut confundat ſapientes· ⁊ infirma mundi elegit deus
ut confundat fortia· ⁊ ignobilia mundi ⁊ contempti/
bilia elegit deus· ⁊ ea que non ſunt· ut ea que ſunt de
ſtrueret· ut non gloriet̃ omnis caro in ↄſpectu eius·
Nos autem nō ſpūm hui⁹ mundi accepim⁹ ſꝫ ſpūm
qui ex deo eſt· ut ſciamus que a deo donata ſunt no/
bis· Studeamus etiam nos mutuo exhortare per ſin
gulos dies ⁊ ad bona opera incitare ⁊ a malis retra
here· quoniam nihil ſic deo placet ⁊ gratum eſt ſanc/
tis angelis qui nobiſcum ſemper conuerſantnr ⁊ cuſ/
todiunt nos· Hoc enim officium ipſorū eſt· ut iugiter
nos ad bona prouocent· ⁊ quos trahere nequiūt ſal
tem a malis prohibent· Nā multa plura reprobi ma
la facerent· ſi per ipſos beatos ſpiritus non impedi/
rentur· Angelicum igitur officium quilibet pro modu
lo ſuo implere feſtinet· quatenus inter angelos con/
uerſari mereatur· ¶ Reuera ſi homo per mille annos
laboraret ⁊ aliud nihil faceret q̄ꝫ ut proximum ſuum
ad aliquod bonum prouocaret. aut ab aliquo pec/
cato retraheret· nequaq̄ꝫ eſſet condigna comparatio
tanti laboris · ad hunc fructum tantillum · ut

modo apparet· Ratio eſt quia quecunqꝫ fecerit hō in
hac uita ſiue bona ſiue mala· mercedem recipiet in fu
turo perpetuam· Qui ergo alterum ad bonum ĩcitat
infinitum ſibi premium procurat· Et qui aliquem dā
nandum ab vno malo opere retrahit ab aliqua eter
na pena licet non ab omni eum preſeruat· eo ꝙ pro
quolibet peccato certa pena eternaliter manſura re/
probis infliget᷑· Conſtat autem ꝙ finiti ad infinitum
nulla eſt comparatio· Vn̄ pꝫ ꝙꝫ ueꝛꝫ ſit qd̓ iā dictum
eſt licet miꝛꝫ uideat᷑· Ita ⁊ a ꝯtrario ſenſu oſtēdi pōt
ꝙꝫ grāde peccatū ſit qui aliquē ab vno ſaltē bono im
pedit uel ad vnū peccatū trahit qꝛ non hꝫ vnde ſibi
tantū damnū refūderet· etiā ſi totū orbē ſibi dare poſ
ſet· Hec uera ſunt ⁊ utilia hominibꝯ ſi cordialiter attē
dant· ꝙuis plures ſint qui hmōi ſalutis monita par
uipendāt· ſed nouit dn̄s q̲ ſunt eius· Iteruꝫ redeo ad
monēdum vos cariſſimos frēs ⁊ ſorores ac alios ve
nerabiles ruſticos vniuerſos ut nō negligatis tempꝯ
ueſtrū· Ecce ego os ueſtꝛꝫ ſum ⁊ caro ueſtra ſine dolo
ſine ſimulatiōe loquor uobis· nihil boꝛꝫ cupio q̄ poſ
ſidetis· in ſincera xp̄i caritate auiſo vos ⁊ ꝓut potui
deſiderio ueſtro paraui· Et ſicut vobis obediui· ita
⁊ vos non pro mea ſed ueſtra ſalute deo obedire ſa/
tagite quatenꝯ hic qualiſcūqꝫ labor in ueſtra conuer/
ſatione fuerit fructum inueniat ſalutarem· Pacē ⁊ ve
ritatem diligite ⁊ deus pacis erit vobiſcum· Nemini
facite quod uobis fieri non vultis· ⁊ quod uobis fie
ri vultis aliis pro poſſe libenter faciatis· Omnem ſu/
peruacuam ſollicitudinem abiicite ⁊ in domino ſpe/
rate· qm̄ ipſi cura eſt de uobis· prelatos ſiue ſpūales

ſiue ſeculares tanq̄ dei vicarios honorate·inuicē di
ligite·parentes reuereamini·Filios ⁊ Filias in dei timo
re educate·a ſocietate mala ſicut a peſte fugite· deum
timete ⁊ in preceptis ei9 ambulate·ociū uitate·ſacros
labores adamate·ſine intermiſſione orate·beataȝ vir
ginem mariā ⁊ ſanctos dei quotidie inuocate·⁊ in cūc
tis bonis operib9 vos exercete·ac in ipis pſeuerate q̄
tenus in hora mortis que delicatis ⁊ ocioſis homi/
nibus pauēda eſt vos letū eterne uite refrigeriū inue/
nire mereamini·per grām dn̄i noſtri Jhū xpi·cui uos
cōmendo ⁊ uerbo gratie eius·qui cuȝ deo patre ⁊ ſpi
ritu ſancto uiuit ⁊ regnat per infinita ſecula Amen·

¶ Explicuit opuſculū putile curatis ac aliis in offi/
ciis oſtitutis·qd regimē ruſticorū dicit·Impreſſum
Louanii In domo Johānis de weſtfalia·

LANDES- UND STADT- BIBLIOTHEK DÜSSELDORF

Universitäts- und Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf